



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Vita Et Virtutes Venerabilis Patris Ludovici De Ponte, Societatis Jesu**

**Lamparter, Heinrich**

**Jngolstadii, 1662**

Cap. II. Ludovici vocatio, & ingressus in Societatem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43978**

signibus prae-dictis impulsit ad renuntiandum mundo, & statum religiosum amplectendum, quorum non pauci Societatem sunt ingressi. Hæc ibi Ludovicus, quem DEVS opera ejusdem P. Martini Gutierij ad Societatem JESV perduxit, ut Cap. sequente dicitur.

CAPUT II.

LUDOVICI VOCATIO ET ingressus in Societatem.

I.

**D**UM Ludovicus magnis passibus in studio Theologiæ procedit, DEVS illum ad perfectioris vitæ modum ita validè impulsit, concionibus P. Martini Gutierrez accensum, ut ei certum jam esset in aliqua Religione vitam transigere; sed hoc tulit molestius, quòd ad Societatem JESV se sentiret impelli. Placuit ergo consilium poscere à matre, cujus prudentiæ & pietati

*Proponit fieri Religiosus.*

pietati credebat posse se tutò con-  
 fidere. Suasit illa differre negotiū,  
 donec natu & eruditione major,  
 constantius exequeretur propo-  
 situm: quam solam dilationis cau-  
 sam fuisse testatur frater ejus An-  
 dreas de Ponte; non autem, quòd,  
 ut alij suspicabantur, tum voluerit  
 secularis, in statu Ecclesiastico san-  
 ctius vivere. Id vnum ei grave  
 fuit, quòd tam validè, & absolutè  
 in Societatem se trahi videret, fa-  
 miliam novam, & impugnatione  
 multorum, etiam gravium, & reli-  
 giosorum virorum, quorum judi-  
 cio atque doctrinæ multum tri-  
 buebat, vexatam illis temporibus.  
 Ipse enim animo suo magis fere-  
 batur in Ordinem PP. Prædicato-  
 rum, in quorum fere gremio ado-  
 leverat, & quos veluti magistros  
 & amabat, & venerabatur.

## II.

In ea lucta versabatur solus, ne-  
 mine

*Invitus  
 trahitur  
 à DEO  
 ad Socie-  
 ratem.*

mine conscio, quid ageretur in  
ejus animo; quando jam nec  
matri fidendum putabat. Ergo  
ipse ardenti, & crebriore oratione  
agere cum DEO: urgere suspirijs,  
supplicare cum lacrymis, ut suam  
sibi voluntatem apertius indicare  
vellet. Quanto verò enixius insta-  
bat precibus, tãto vehementiores  
impulsus, & fortiores instinctus ad  
ineundam Societatem sentire; at *Vocatio-*  
que id magis, cùm orabat trãquil- *ni con-*  
liùs; in omni alia mentis propo- *sentit.*  
sitione, præterquam in ista, aresce-  
re, frigere, turbari. Atque ita à So-  
cietatis consilio avertebatur pani-  
cis terroribus, affligebaturque mi-  
serum in modum; donec DEO  
placuit, ei, porrectâ manu, dispel-  
lere vanos illos timores, ex ipsa  
Religionis huius novitate & ve-  
xatione, quòd in ea tantùm excre-  
verit, tantùmque adjumenti ad  
plurimorum salutem contulerit,  
mani-

manifesto DEI erga ipsam amoris, sua se  
& suæ, ut in eam se conferat, vo scholi  
luntatis, argumento. Nihil ergo precat  
hæsitans ampliùs, decrevit parere tum  
tot, ac tam vehementibus impul. mato,  
sibus: nemini tamen id aperien. propo  
do, donec post menses aliquam argum  
multos exequendi tempus appe. ferij,  
teret. tam  
rerem

## III.

Verùm ut ista vocatio fuit ejus  
inclinationi parùm accommoda, Jnt  
fic nondum penitùs ex animo su. fert e  
spiciones, & formidines illas ex. P.Ma  
cluserat. Vnde argutè, curiosè que te, ap  
observabat mores, actionesq; no. Gall  
strorum, ubi nostros Theologia alijs  
Studiosos, eùm pro more simul in v  
irent ad hortum relaxandi à stu. Miru  
diorum contentione animi causâ, rat e  
dissimulanter insecutus, vidit in. Beat  
cedere magna cum modestia, se. nun  
rendo pios sermones; in horto orig  
verò alios ire seorsim, & promere disp  
sua

*Confir-  
matur  
modestia  
Schola-  
sticorum  
Societa-  
tis.*

oris sua scripta, quæ exceperunt in  
vo. scholis, alios pium libellum aut  
ergo precatoriam corollam tractare,  
rere tum enimvero, multum confir-  
pul. mato, se illis quondam adjungendi  
rien. proposito, recedens prudenter  
am. argumentabatur, quales forent  
ppe. serij, cum in animi relaxatione  
tam religiosè, modesteque se ge-  
rerent.

IV.

Interea dum justas ob causas dif-  
fert exequi propositum, An. 1573.  
ex. P. Martino Gutierrez gloriosa mor-  
que te, apud Hæreticos, defuncto in  
no. Gallia, orbatus quidè Ludovicus,  
ogia alijs tamen haud vanis argumentis  
mul. in vocatione sua est roboratus; *Amat*  
stu. Mirum quod narrabimus. Placue- *piam o-*  
usâ, rat ei semper opinio illorum, qui *pinionem*  
t in. Beatissimam Dei Matrem sentiunt *de Im-*  
se. nunquam fuisse inquinatam labe *macula-*  
orto originalis peccati. Sed cum in *ta Con-*  
nere disputatione quadam se passus *ceptione*  
sua B fuisset,

fuiſſet, vi rationum, abduci de p  
 illa ſententia in contrariam, ſtatim  
 ut abiit ex auditorio, inuſitata  
 mentis ariditate, ac tœdio fuit ob  
 rurus. Excuffit igitur omnes con  
 ſcientiæ ſuæ latebras, ecquid inve  
 niret in ea culpæ, vel etiam imper  
 fectionis ( nam & minùs perfecti  
 à ſe factorum rationem habere  
 jam tum aſſueverat ) unde ſibi  
 oboriri potuerit ea nauſea: cùm  
 que nihil deprehendiſſet ejuſmo  
 di, ad moderatorem animi ſui ſe  
 contulit, Sacramenta ſuſcepit,  
 fortè ſic rediret lætitia & ſerenitas  
 priſtina: ſed nihil quidquam pro  
 fecit. Iterum ergo ad quæſtionem  
 vocatâ conſcientiâ, recordatus eſt  
 ſe reſeſſiſſe à priſtina opinione,  
 de illibata conceptione Dei paræ.  
 Et hanc ſui mali cauſam ſtatuens,  
 voto ſe obligavit, ſemper tenendi  
 firmiter communem piorum ſen  
 tentiam: quo factò mox priſtinus  
 ei

*Voto ad  
 eandem  
 ſe obli-  
 gat.*

ei sensus pietatis, cum serenitate  
ac solatio interiore, est redditus,

V.

Quia verò per votum illud non  
voluerat prohibitum, opinionem  
illam in scholis, exercitij causâ, ex  
mente aliena, Magistrorum suo-  
rum, defendere, existimans id sa-  
tis esse, si suam sententiam, quam  
teneat animo, tantisper dissimula-  
ret, donec res peteret exprimi,  
quid revera sentiret: Magna Virgo  
mirabili modo demonstravit, se  
aliquid amplius ab eo exigere, &  
ne per ludum quidem velle ab eo  
propugnari opinionem adversam.  
Nant cum ejus Doctores illam  
Ludovico tutandam conjecissent  
in Theses, & jam esset descenden-  
dum in certamen, omnem subito  
& quæstionis, & argumentorum  
memoriam funditus exemit ei,  
quantumvis antea instructissimo.  
Notavit unde sibi provenerit in-

*Miro  
modo in  
ea con-  
firma-  
tur.*

B 2 exspe-



expectata rerum, tam bene con-  
 prehensarum, ignorantia & ob-  
 vio; & mox provolutus ante aras  
 Virginis, novum, & immortale  
 votum sacravit, nunquam post ha-  
 ullo modo, ne disputationis qu-  
 dem gratiâ, præferendi, vel susti-  
 nendi illam sententiam, dum  
 modo id sibi in præsentiarum  
 concedat; ne Doctoribus, ad im-  
 pugnandum paratis, & condisci-  
 pulis, videatur voluisse illudere.  
 Et, mirum dictu, statim restituta  
 est ei memoria præsentissima o-  
 mnium, quæ antea comprehen-  
 derat: quod jure jurando testat-  
 sunt Patres, Gaspar Brizenno, &  
 Franciscus à S. Vincentio. Pluri-  
 mum accendit ea res amorem ejus  
 erga Societatem, à qua sciebat  
 constanter piam de Matre DEI o-  
 pinionem defendi.

## VI.

Sed pax ei diuturna non fuit;  
 nam

nam hostis omnis boni propositi,  
malè sibi ab illo metuens, atrocem  
denuo tempestatem excitavit in  
ejus animo, de qua ipse in vita P.  
Alvarez cap 19. sic scribit: Postquam decrevi ingredi Societatem, toto tempore sex mensium, quo distuli desiderij mei executionem, trahebat me magna quadam propensio & affectus, quem ad aliam religionem habueram, quam ut antea semper, ita nunc etiam magni facio. Sed quoniam Divina vocatio rationibus, & validis impulsibus, me ad Societatem trahebat, tot cogitationum sibi adversantium fluctibus cum oppugnarer & affligerer, ita cor meum torquebatur, ut sim coactus ad campos exire, ad respirandum, & exclamandū, ne rumperer: Videbar mihi, utramlibet religionum ingrederer, totam vitam sub eodem tormento tracturus, vexante me cogitatione, ne forsā erraverim, & alteram ut meliorem præferre debuerim. Sed quoniam tem-

Denuo  
confir-  
matur  
in propo-  
sito So-  
cietatis.



pore orationis & quietis, & cum in  
 conspectu DEI me collocabam, recu-  
 rebat mihi semper ea cogitatio, Divini  
 voluntatis esse, ut Societatem ingre-  
 diar, tandem sum ingressus, non ex-  
 gua cum difficultate, & repugnantia

## VII.

Affluxerat jam tempus, quo di-  
 meditata perficeret. Aperuit suum  
 desiderium primò Theologiæ stu-  
 dioso è Societate, cui nomen Pe-  
 tro Ruiz de Castillo, qui postea  
 Rector Legionis, & magnorum in  
 Provincia Castellana meritorum  
 fuit. Is eum adduxit ad Rectorem  
 Collegij S. Ambrosij, Antonium  
 Marcenium, virum eximie sancti-  
 tatis: qui diligenter expensis vo-  
 cationis illius momentis, & agni-  
 tis, quas afferebat in obsequia Dei,  
 præclaris dotibus, bonam ei spem  
 fecit impetrandi à Præposito Pro-  
 vincie, qui tunc erat Joannes Sua-  
 rez. Hic cum advenisset, magna  
 cum

*Admit-*

titur ad  
Societa-  
tem.  
eum voluntate admisit, fausto die,  
qui S. Francisco Xaverio sacer est;  
bono prælagio, quàm propè ad  
Apostolicum ejus zelum pro alio-  
rum salute, & gloria Dei esset olim  
accessurus. Atq; horum omnium  
nihil cuiquam è suis, nec fratribus,  
neque adeo matri detexit, viriliter  
omnes difficultates secum con-  
coquens; donec secunda die De-  
cembris, Anno Domini 1574. vi-  
gesimo ætatis, absoluto jam secun-  
do cursu Theologici, Vallisoleti,  
primus omnium in Collegium S.  
Ambrosij receptus, & ut ex tabulis  
constat, Medinæ Campi Domum  
Probationis ingressus est.

CAPUT III.

LYDOVICI NOVITIATUS  
& Vota.

I.

POST separationem Provin-  
ciæ Castellanæ à Toletana, P.  
B 4 Baltha-